

.xviii. OMELIA IN CAPUT

PRęcaendum est omnibus bona opera IEIUNII .  
exercentibus fratres karissimi . quod dominus dicit in aeuan  
gelio . Adtendite ne iustitiam uestram faciatis coram  
hominibus ut uideamini ab eis . Alioquin merce  
dem non habebitis apud patrem uestrum qui est in caelis .

Cum ergo facis elimosina<sup>1</sup> . noli tuba canere ante te  
sicut hypocritę faciunt in sinagogis et in uicis ut  
honorificentur ab hominibus . Amen dico uobis  
recepérunt mercedem suam . Te autem faciente ḥlimo  
sinam . nesciat sinistra tua quid faciat dextera  
tua . ut sit ḥlimosina tua in abscondito . et pater  
tuus qui uidet in abscondito reddet tibi . Haec lectio  
/36v/ sancti euangelii fratres karissimi . uidetur mihi quod secundum litteras  
non possit intelligi . Et ideo deo auxiliante requiramus .  
Qualiter ad eius sensum spiritalem peruenire possimus .

[.ii.] Requiramus ergo quod significat quod dicit . nesciat sinistra  
tua quid faciat dextera tua . cum alibi dicat . sic luceat  
lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona . Non  
enim ipse sibi dominus in aeuangeli`c'a lectione contrarius esse  
potest . Nam quia elimosinam et occulē fieri ipse  
dixit . et puplice ipse amm`o'nuit . ut non sint precepta eius  
sibi contraria . sensum intellectualē quærēt . Qui enim  
ideo facit elimosinam . ut ab hominibus se laudari desi  
deret . etiamsi occulē fecerit puplice facit . quia laudem  
ab hominibus quaerit . Qui uero elimosinam pro solo amo  
re dei facit . Vt illum ad opus bonum reliqui imitentur .  
et non ipse sed dominus conlaudetur etsiamsi publice faciat

elimosinam absconse facit . quia per elimosinam illam  
non hoc quod uidetur sed quod non uidetur desiderat .

[.iii.] Nec ab hominibus laudem . sed celestem<sup>2</sup> mercedem a deo  
optat accipere . Hoc etiam de ieunio ita debet intelli  
gi . De quo dominus in euangelio dicit . Cum ieunatis nolite fieri  
sicut hypocritę tristes . demoliuntur enim facies suas . ut pa  
reant hominibus ieunantes . Amen dico uobis quia recepe  
runt mercedem suam . Tu autem cum ieunas . unge capud  
tuum et faciem tuam laua . ne uidearis hominibus ieunans .  
sed patri tuo qui est in abscondito . et pater tuus qui uidet  
in abscondito reddet tibi . Certissime et in hoc sensu  
hoc `o`portet intelligi . ut nemo pro laude humana sed  
pro peccatorum indulgentia uel pro diuina misericordia<sup>3</sup>  
/37r/ ieunet . [.iiii.] Et ideo unusquisque interroget conscientiam  
suam . et si pro solo dei amore facit elimosinam . securus  
publice faciat . ut eum quicumque uiderint imitentur . In  
dextera enim amor dei intelligitur . in sinistra autem uani  
tis uel cupiditas mundi . Et ideo si pro laude humana  
elimosinam dederit . totum sinistra fecit . dextera ni  
chil omnino fecit . si uero pro remissione peccatorum  
et amore uitę ęternę elimosinam dederit . totum  
dextera fecit . Quid ergo fratres karissimi . nesciat sinistra  
tua quid faciat dextera tua . nisi ut quod faciat  
amor dei . non corrumpat aut non perdat uanitas uel  
cupiditas mundi . Nam si hoc aliquis secundum litteram  
impleri posse credit . quid faciet si ei manus dextera  
doluerit . Numquid de sinistra aelimosinam dare  
non debet? Aut si uult captiuum redimere . Quomodo  
scrinium aperire poterit . si manum sinistram dex  
terae suę non iunxerit . [.v.] Aut si peregrinum optat  
accipere in hospitalitatem secundum pręceptum domini .

Aut seruorum dei pedes abluere . Non uideo quomodo  
 hoc nesciente sinistra manu possit implere . ad  
 hoc etiam pertinet illud quod dominus dixit . Cum oratis  
 nolite in angulis platearum orare . sed intra inquit  
 in cubiculum tuum et clauso ora patrem tuum in absconso .  
 Ecce et ipsi fratres bene cognoscitis quod nec hoc semper  
 secundum litteram potest adimpleri . quia et nos ipsi  
 et totus populus non solum in cubiculis nostris oramus .  
 Sed etiam publice ad aecclesiam conuenimus . et simul  
 cum omni populo genua flectimus . Numquid dum hoc  
 /37v/ facimus praeceptis christi contrarii sumus qui dixit . ut in cu  
 biculis nostris clauso ostio<sup>4</sup> oremus . [.vi.] Non ita est fratres .  
 sed etiam et iste sensus superiori sen`ten`iae conueniens  
 est . qualiter autem hoc intelligi debeat iterum  
 diligenter attendite . Si enim quando oras deum hoc  
 ab illo petis quod uidetur . publice et apesto<sup>5</sup> ostio<sup>6</sup>  
 oras . quia hoc a deo uis accipere quod uidetur . si uero  
 pro indulgentia peccatorum et pro uita aeterna uolu  
 eris supplicare . etiamsi publice oraueris clauso  
 hostio oras . Quia non hoc petis quod uidetur . sed quod  
 non uidetur . Quae enim uidentur . temporalia sunt  
 et finem habent . quae autem non uidentur . aeter  
 nalia sunt sine fine . et si temporalia queris sicut  
 iam supra dixi . Publice et aperto ostio<sup>7</sup> oras . si autem  
 aeterna requiris . secreta est oratio tua . quia non que  
 uidentur . sed quae uidentur optas accipere . [.vii.] Recon  
 dite ergo fratres karissimi aelimosinas uestras cum ieuniis  
 et orationibus in celis . Sicut saluator ait . Thesauriza  
 te uobis thesauros in caelo . ubi nec erugo nec tinea  
 demolitur . et ubi fures non effodiunt nec furantur .  
 Ubi enim est thesaurus tu`u`s . ibi est et cor tuum . Id

circo conemur ut cum thesauris nostris precedentibus .  
in caelis habitare possimus . quia si illa quę non uidentur  
in ueritate a deo quęrimus . etiam illa quę uidentur  
domino remunerante percipere merebimur . quia non  
mentitur ille qui dixit . Queritę primum regnum  
dei et iustitiam eius et haec omnia adicientur uobis .  
Nec hoc sic dicimus fratres . ut pro rebus temporalibus dominum  
/38r/ non oremus . Id est aut pro sanitate corporum . Aut  
pro pace temporum . Aut pro abundantia terrę fructum . [.viii.] Debemus  
et ista ueraciter a domino petere . sed secundo uel tertio loco .  
Ut primas partes in omni intentione orationis nostre .  
Amor animae et desiderium uitiae aeternę obtineat .  
Oremus ergo pro his omnibus . sed sine ulla comparatione  
amplius pro animabus supplicemus . Et ideo fratres karissimi  
quoties nobis hac<sup>8</sup> lectio aeuangelica legatur . eo or-  
dine quo supra suggestimus . intellectum eius debemus  
accipere . Ut siue in aelimosinis . siue in ieuniis . siue  
in orationibus . siue in dextera . siue in sinistra hoc ob-  
seruare studeamus . Vt quicquid agamus non pro uani-  
tate uel cupiditate huius mundi . sed pro dei amore  
et desiderio aeternę beatitudinis faciamus . Quod  
nobis prestare dignetur iesus christus qui cum patre et  
spiritu sancto uiuit ac regnat in secula seculorum . amen .

<sup>1</sup> elimosina] corr. from elemosina

<sup>2</sup> celestem] originally caelestem, but the a has been erased

<sup>3</sup> diuina misericordia] a word of perhaps two letters has been erased between diuina and misericordia

<sup>4</sup> ostio] originally hostio, but the h has been erased

<sup>5</sup> apesto] sic pro aperto

<sup>6</sup> ostio] originally hostio, but the h has been erased

<sup>7</sup> ostio] originally hostio, but the h has been erased

<sup>8</sup> hac] a later hand has lightly emended to hæc